

**Hymni Sacri Selecti Rythmo Et Melodia Germanicis Conformi Latine Facti Quibus
Christum Servatorem Natum, Passum & Resuscitatum Decantare, & Sub
Auspiciis Anni 1752.**

Rostochii: Röse, 1752

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766864472>


Druck Freier  Zugang





Ms. 453 (7.) <16 Jh>

Ms. 453 (7.)



**HYMNI SACRI
SELECTI** 19

RHYTHMO ET MELODIA GERMANICIS CON-
FORMI LATINE FACTI

QVIBVS

**CHRISTVM
SERVATOREM**

NATVM, PASSVM & RESVSCITATVM
DECANTARE,
&

SVB AVSPICIVM ANNI 1752.

DOMINO

M. DAVIDI RICHTER,

GYMN. GVSTROV. RECTORI

CVM DEVOTO VOTO OMNIGENAE SALVTIS

APPRECARI VOLVIT

IOACH. CHRISTOPH. STAHL.

CANTOR ET PRAECO POMERIDIANVS, LAGAE.

ROSTOCHII,

IMPRIM. ANTON. FERDIN. RÖSE.

H Y M N I S A C R I

S E L E C T I

RITMO ET MELODIA GERMANICIS CON-
FORMI YALIS FACIT

OLIVVS

C H R I S T V M

S E R V A T O R E M

NATIVM PASSVM & RESURREXIT
DECAVITARE

SVV AVVICIVM ANNI 1772

D O M I N O

M. D A V I D I R I C H T E R

G Y M N A S I O R I S R I C H T E R

C V M D E V O T O T O T O O M N I B U S S A C T I S

A P P A R E T V O L V I T

D A C H C H R I S T O P H. S T A H L

C A M P U S S T R A S S E N S I S

R O S T O C H I

I M P R I M I T A N T O N V E R M I N A S S E



EDITORIS PRÆFATIO.

Meliorē gratiam polyglotto atque mitioribus fatis dignissimo Autori haud referri a me potuisse arbitratus sum, quam si Eidem persuaderem, prelo committeret hanc eruditam pietatem, meo quidem periculo. Indigna enim profecto haec pia meletemata iudicavi, quae perirent, aut bibliopolas exspectarent, eorumque impensas expugnarent. Haud namque me fugiunt iniquiora fata, quae *Cel. Mart. CRVSI Graeco Psalmica*, aliaque Eiusdem opera, etiamnum premunt, licet honorificentissime de iisdem senserint, non solum S. R. Theologorum in Academia Tubingensi Ordo, quorum iudicia saluta-

☼ ○ ☼

lutari sane consilio ex MSTo publicavit immortalis gloriae Theologus, D. V. E. LOESCHERVS in Relat. Innocuis A. 1704 pag. 135. 145. sed omnes etiam, qui Atticam amant. Ne ergo eandem fortunae iniquitatem subiret primum hoc Specimen Hymnorum STAHLIANO-RVM, quod nuda gratiarum actione Doctissimo Autori remittere, nec satis humanum, nec liberale videbatur, idem cum b. CRVSIO, animus consiliumque erat capiendum et prelo commendandum, scribente ap. Clar. M. Georg. LITZEL in praefat. *Studiofi Modulantis*, Argent. 1727. editi in 12ma forma, eaque oblonga, dem bösen Feind zu leid, wenn schon solche Werk das Ansehen nicht haben, daß Sie Maecenates oder Typographos bekommen. Cur etiam aliis inuiderem, quod meam alere accendereque solet pietatem melicam? Acquissimos proinde spero omnis huius studii arbitros futuros, qui immortaliter de puriori nostra Ecclesia meritos admitter iudices atque AVTORES *Relationum Innoxiar.* quorum sententiam passim inuenies in ersten Register, Fasciculo. *Neue Miscellanea*, v. g. A. 1705. 1708. 1710. 1712. etc. atque im vierten Register, voce: *Lieder*. Si quem vero nascentem placidiori vultu adspexisset Meipomene, is haud aegre ferat Romanae et Christianae fidicines lyrae, sed extundat tandem depromatque meliora. Nos interea, L. B. et quotquot nobiscum ex b. ARNDTII *vero Christ.* II. 43. 2. edocti fuerunt, quod per hymnodiam et laudem



dem Dei, angelis aequales et similes euadamus,
Deum, etiam in aduersis, laudibus celebrare
non desinamus, donec multitudini illi citharoe-
dorum, quos Iohannes describit Apoc. 14, 2.
agnum Dei sequentium, adgregati fuerimus.
Faxit Deus clementissime. Scrib. Gustroviae
ipsis Calendis Iuniis, A. 1752.



ERRATA.

Lector Beneuole corrige et in praef. pro re-
surrexit lege : post surrexit. Pro supremi
lege aeterni.

In carm. Wilck. P. lin. 5. pro Non nequeo, le-
ge Nam nequeo. lin. 8. pro sacri, lege sa-
cra. In carm. Hebraic. pro אלוני lege
אלהינו et pro שובה lege טוברה.

In hymnis p. 9. post vocem Aduentu, adde :
Tuo. p. 17. lin. 5. pro atquae, lege atque.
lin. 9. pro Iesus, lege Iesu. lin. 23. lege la-
crymas. p. 18. pro Tandem gaudium, le-
ge Mihi gaudium. p. 20. lin. 2. pro adque
lege atque. p. 21. lin. 9. post vocem visu,
dele meo, et pone : laeto. pag. 29. lin. 21.
lege : Spe et fide anima.

Dele commata in praef. post voces : rhythmis
vatum : signat. In hymnis p. 11. post : car-
cerem. p. 12. post caput meum : lapidem :
debitum. p. 19. post : nefanda.

Numerus hymni p. 29. est XIII. p. 31. XIV.






Fata Dei modulator, superis qui
primus ab oris
In terris tenera venit de vir-
gine, quique
Illulus, virgis caesus, damnatus et alta
In cruce suspensus, vitam exhalavit in au-
ras,
Iuit ad infera, surrexit, ad aethera scan-
dit,
Vt Patris ^{aeterni} supremi commotas tolleret iras,
Et Phlegetontaeum victor contunderet or-
cum,
Et daret aeternum miseris mortalibus ae-
uum, Chri-

* 2

Chri-



Christe faue coeptis dignisque extollere
rhythmis.

Certamen concede tuum, quo tartara et
ipsum

Tartareo regnantem Erebo Plutona, fe-
ramque

Vicisti mortem; tenuem Tibi carminis
orsum

Pangam, tu ventis adspira ad vela secun-
dis:

Adsis et placido vultu dignare poëtam

Aspicere, insolitas intentatasque volentem

„Ire vias, vatum, quas vix vlla orbita si-
„gnat.

„Haectenus: Et timido optatum largire fa-
uorem.

„Semper honos nomenque tuum laudes-
que manebunt!

Haec praefaminis loco cecinit

AVCTOR.



Gott



Gott segne ihn, mein Sohn! und
seine Studia,
Sein Schulamt, Ehestand, sein
predigen und singen,
Bis Er im Engel-Chor dort singt
Halleluja!

So wird ihm alles wohl nach seinen
Wunsch gelingen.

*Ita scriptis et missis hymnis tunc
applaudebat*

IVL. ERNEST. HAHN,

Rev. Min. Sen. et Past. Cathed.
Eccles. Gustrou.



Sein Schicksahl hat Ihm zwar am schlech-
ten Ort gesetzt;
Doch wird Sein Fleiß mit Ruhm und
Preise fortgesetzt.

Ein Denkmal tritt davon nunmehr an das Licht,
Davon ein jeder wohl das beste Urtheil spricht.
Ich wünsche Glück darzu, Gevatter, lieber Freund!
Weil Er es treu mit mir, wie ich mit ihm gemeynt.

IACOB BRASCHE,

Pastor Teterouiensis emeritus.

VIR



VIR DOCTISSIME,
AMICE OMNI NOMINIS CVLTV AE-
STVMANDE, DEVENERANDE,
SVSPICIENDE!

Deinxisti animum meum et eruditio-
ne prorsus singulari et officiosa pari-
ter humanitate, modestiaque pia. Perplacet
enim Eruditorum pietas et cum pietate con-
iuncta eruditio. Quae cum in Te perspicienda
inveniuntur, et a prima pueritia et Musa inuen-
ta esse, Scholae et Academiae praedicant, quae-
que iam quoque Hymni tui rythmici deuoti, a-
moeni, et admodum eruditi probant, Deum ma-
xime pium summis rogo precibus, vt haec ipsa



ornamenta in Te magis magisque cumulet et
temporali ac aeterna tandem felicitate beet. Va-
le, faueque Tui amantissimo

BERNERO,

Missis tuis votis et hymnis sic
reclamanti:

Sub auspiciis anni 1751.



STAHL-



STAHLI, Tu mihi chare quidem iuni-
Etissime longe,

Qui colis aeterna condita iura manu!

Accipe non tertrica mea vilia carmina fronte,

Non nequeo maius mittere, donat amor.

Sum fateor, semperque fui, ~~vir optime~~, pau-
per,

Cui sacra Castalii fluminis vnda caret,

Hinc tenues possum componere, ducere can-
rus,

Vates non vnquam Pallade digna loquens.

Fac, quod, Amice, facis cantus, contemnere noli,

Et Samueliadum nomen et omen ama.

Nos coniunxit amor, nos, nos iugulauimus an-
nos,

Duret amor, duret saepe probanda fides.



Ibimus aeterno connexi foedere forti,
Non alias poterit nostra migrare fides.
Si Tibi sexcentis soluam nunc vocibus ora;
Mens tamen hoc vnum diceret, iustitiae
Est, Tibi quas meritas memori de pectore lau-
des
Promere quas possum, quasue referre Tibi.
Nec laudare satis, dignasque rependere pos-
sum,
Obrutus officiis, carmina tu calamo
Committis subito : Sed quae tam prona facul-
tas?
Carmina tu fundis Calliopea canens.
Non vis maiora : Et cecinisset talia gaudens,
Arque accepta Tibi

WILCKIADVM SAMVEL,

Pastor Eccles. Zetemini, Duco-
nii et Gilouii.



נעשה מעשנו

כרצון יה אלנו

גם הוא נעשה לנו

שובה כרצוננו :

His Rhythmis Hebraeorum, dilectissimo suo, ab ineunte aetate amico, et opera sua diligentissime agenti, Domino Stahlio, p. t. Cantori et Vice-Diacono Lagenfi et rhythmicis eius hymnis applaudebar

ERN. HENNICKOV,

Rektor Scholae Malchin.



Gesey Herr Stahlens Glück mit Golde
ausgäset,

Wie kluger Meister Hand die stählern Knöpfe
setzet.

Geseget sey Sein Fleiß und Seiner Werke

Wahl,


So steht Sein Glück und Gold auf Marmor,
Stein und Stahl.

*Ita Sympatriotae et ab ineunte
aetate commilitoni suo atque
Malchini, Gustrouiae et Ro-
stochii perpetuo contuberna-
li, semper amico dilectissimo
Domino Stahlio applaudebat*

IO. IOACH. WILCKEN,

Collega Scholae Malchinentis.

Dira



★
D ira canunt alii truculenti praelia Mar-
tis,


Pugnacesque solent tollere ad astra viros,
Aut moestos referunt alterno carmine casus,

Aut lyricis celebrant Te Cytherea modis.
Haec via iam cunctis nota est, haec trita poë-
tis.

Materia, hanc varius tractat vbique liber.
Quid? facile est chartas nugis implere canoris:
Quam facile in calamum fabula blanda ve-
nit?

At doctus meliori STAHLIVS omine ductus,
Vera magis nec non vtiliora canit,

Ryth.



Rhythmis complexus, quae fecit Christus Iesus;
Sic sequitur nostrae religionis iter,
Candide Lector habes diuina hic carmina in
illis
Inuenies animi grata alimenta tui.

Mutuata et mutata verba haec
Domino S. T. Stahlio, Cantori
et Vice-Diacono Lagenfi,
Viro literarum, bibliorum et
linguarum orientalium ac occi-
dentalium, imprimis au-
thenticarum amantissimo et
diligentissimo, in honorem
posuit

IO. DETL. IOACH. MÖLLER.



Ein

Ein fauler Idiot will nichts vom Wissen
wissen:
Er schwächt oft ohn Verstand, daß solches
schädlich sey,
Und will aus solchem Wahn fast alles Wissen
missen,
Und diesem Urtheil stimmt der meiste Pöbel
bei.
Ein ander aber will von nichts als Wissen wissen,
Und bleibe ohn Gottesfurcht bei Schein und
Heuchelei.
Doch beider Urtheil ist des Teufels Kuhelüssen,
Der haßt, daß Wissenschaft und Gottesfurcht
einig sei.
Drum hat Herr Cantor Stahl von Jugend auf
erwehlet,

Die



Die wahre Wissenschaft und Gottesfurcht zu-
gleich.

Wo's ihm nun auf der Welt an Glück und Wohl-
fahrt fehlet,

So wird sein Lohn doch groß einst seyn im
Himmelreich,

Indessen wünsch ich dies und ienes auch darneben;

So wirds ihm wohlgerhehn hier und in iener
Zeit.

Gott laß ihn immerhin in seiner Gnade leben,

Und segne allen Fleiß verknüpft mit Frömmig-
keit.

Haec hymnis Stahlianis apponebat

I. V. M.





I.
NATIVITAS CHRISTI
DECANTATA.

I.

Von Himmel hoch da komm ic.

I.



Ab altis venit Angelus,
Satelles coeli Regius,
Perbella nova nuncians
Ac tali voce praedicans.

2.

Est vobis infans genitus,
Puella casta editus,
Diuina Puer indole
Deliciumque animae.

3.

Et quidem Christus Dominus,
Qui pressis semper cominus
Et à peccatis liberat
Beatitudinemque dat.

A

4



4.

Amiffam affert gloriam,
A Patre vobis redditam,
Vt gaudeatis iugiter
Nobiscum vnanimiter.

5.

Ad figna iam attendite,
Quae funt praefepae, fafciae;
Incumbit his puerulus,
Totius mundi baiulus.

6.

Respondet huic nuncio
Exfiliens homuncio:
Spectatum ibo Filium
Et munera gentilium.

7.

Accedam ad praefepium,
Aduertam illuc oculum:
Quae cubans ibi fuboles?
Eft Iefus, noftra fola fpec.

8.

Aueto hofpes optime!
Ofo rem non vis temnere;
Tu fufcipis miferiam:
Qui Tibi grates referam?

9.

Creator! Quae exilitas?
Cur Temet fic humilias,
Vt cubes in graminibus,
Quae pafcunt bos et afinus?



10.

Si orbis sit praestantior,
Metallis abundantior ;
Non tamen forent paruula
Filiolo cunabula !

11.

Est aula caula : sericum
Et Sindon cento pauperum :
Cubile vile pabulum :
Est Regis coelum stabulum.

12.

Placebat haec miseria,
Et erat sic materia,
Quod Tibi mundi globulus,
Ne quidem sit orbiculus.

13.

O dulcis Iesu ! corculum
Fac meum Tibi lectulum :
Quietem cape molliter,
Et mecum age suaviter.

14.


Tunc tui cum memoria
Coniungam mea gaudia,
Et Hosianna occinam,
Nec iubilare desinam.

15.

Sit Deo laus Altissimo,
Qui non pepercit Filio.
Hoc Angelis est gaudium,
Canuntque novum nuncium.

A 2

II.



II.

Gelobet seyst du Jesu x.

I.

Lauderis Dei suboles!
Homo nobis natus es
Maria calta virgine,
Stipatus coeli agmine.
Kyrie eleis.

2.

Qui est in Patris gremio,
Cubat in praesepio:
Naturam nostram induit,
Qui ab aeterno existit.
Kyrie eleis.

3.

Qui verbo portat omnes res,
Sinus illi requies:
Infantem mater excipit,
Qui totum mundum dirigit.
Kyrie eleis.

4.

Æterna lux appropereat,
Nouam lucem orbi dat,
Ad lumen vt nos protrahat:
Hic tenebras illuminat.
Kyrie eleis.



5.

Qui est in coelis habitans,
Obit terram hospitans :

Haereditatem attulit,
Hostesque nostros expulit.

Kyrie eleis.

6.


Fert ipsemet inopiam ;
Affert nobis copiam,
Redditque mente pauperes
Coelesti choro similes.

Kyrie eleis.

7.

Hic nobis fecit talia
Gratiae magnalia,
Agamus vt hilariter,
Et collaudemus pariter.

Kyrie eleis.



III.

Lobt Gott ihr Christen all ze.

I.

Laudate nomen Numinis
O vos Christiades!
Nam nobis auctor luminis
Et Dei suboles
Dat gazas perpetes.

A 3

2.



2.

Relinquit Patris gremium
 Et fit puerulus,
 Affertque nobis præmium
 In cunis querulus:
 Est foenum lectulus.

3.

Potentiam sic abdicat
 Rex Potentissimus;
 Seipsum et humiliat
 Et rerum baiulus
 Euadit famulus.

4.

Ad matris cubat vbera,
 Quae praebent lac et ius:
 Et suspicit haec munera
 Coetus Angelicus:
 Est Iesae furculus.

5.

Davidis stirpe pullulat
 Extremo tempore,
 Per quem Deus aedificat,
 Ut Regnum gratiae,
 Sic Regnum gloriae.

6.

Alternat mirabiliter;
 Nam Deus caro fit
 Sibi que nos similiter
 Haeredes efficit
 Regnoque suscipit.

7.



7.

Hic serui formam induit,
Vt essem dominus,
Clementiamque tribuit,
Quod nihilominus
Sit nobis cominus.

8.

Recludit Iesus ostium,
Nunc horti coelici;
Reliquit Cherub aditum:
Narretur laus Dei;
Sit gloria Ei!



IV.

Freuet euch ihr Christen ic.

I.

Omnis coetus sacer oua,
Quantum potes, oua nunc;
Fecit nobis diem hunc
Et magnalia Iehova:
Amat nos in pectore,
Et apparet corpore.
Pax et gaudium sit vobis!
Angeli loqvuntur nobis:
Tristis nox iam euanescit;
Sol iustitiae splendescit.



2.

Tuum specta Redemptorem
 Anima, examina
 Vera mentis trutina
 Ardentissimum amorem;
 Iacet in praesepio,
 Regnans sine termino.
 Pax et gaudium sit vobis!
 Angeli loquuntur nobis:
 Tristis nox iam evanescit;
 Sol iustitiae splendescit.

3.

Iesu, meae fons salutis!
 Quantum Tibi debeo,
 Tanti nihil habeo.
 Fidei vt et virtutis
 Lychnum nec exstinguito,
 Meque nec fecernito.
 Pax et gaudium sit vobis!
 Angeli loquuntur nobis:
 Tristis nox iam evanescit;
 Sol iustitiae splendescit.


4.

Iesu, porro tuum coetum
 Alma manu suscipe;
 Omne malum deripe:
 Redde quemque pium laetum,
 Dona da solennia,
 Gaudia perennia.

Pax



Pax et gaudium fit vobis!
 Angeli loquuntur nobis:
 Tristis nox iam evanescit;
 Sol iustitiae splendet.



V.

Ex hymno : Ermuntre dich mein ic.

I.

Willkommen ^{tuo} süßer ic.
 Adventu gratus es
 O Sponse, Rex honoris!
 Agnusque Dei natus es:
 Te laudo hymnis oris,
 Et tota vita gratias
 Ex corde dicam maximas,
 Quod vi natiuitatis
 Salutem feras natis.

2.

O liebes Kind! o süßer ic.
 Hem proles, care pusio
 Tot gestibus amoenis!
 Mi frater, quem plus diligo
 Cimeliis terrenis!
 Relinque mox praesepia,
 Descende sub praecordia:
 Adesto, lectum sternam,
 In moram sempiternam.

A 5

3.



3.

Sag an, mein zc.


Dic mentis sponse optime,
 Spes, gaudium et vita!
 Radicis Iessae fircule!
 Quid Tibi reddam ita?
 Dicatum cape spiritum
 Et corpus atque animum;
 Me totum Tibi trado:
 Sic omnis res in vado.

4.

Lob, Preisß und Dank zc.

Extollam summis laudibus
 Te fratrem, Redemptorem,
 Et factum multis plausibus
 Inferni subactorem:
 Tuaque dona vltimam
 Ad tumbam vsque efferam,
 Et cumulum bonorum
 In secla seculorum.





II.

PASSIO, CRUCIFIXIO ET MORS CHRISTI
DECANTATA.

VI.

Jesu, meines Lebens Leben ic.

I.

Iesu, vitae meae vita!
 Iesu, mortis meae mors!
 Qui Teipsum tradis ita,
 Ut sit mors nunc tua fors,
 Morte mala ne perirem,
 Nec omnino pessum irem.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

2.

Infans Fili! suffers ictus,
 Ritus, linguae iacula,
 Sputum, fel, hastaeque ictus,
 Funes, fustes, bacula,
 Carcerem ut aperires
 Frangeresque orci vires.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

3.

Virgis es ac flagris caesus,
 Vt sic noxa cederet.

Quot conuitis es laesus,
 Ne me lethum laederet?

Es a malis maledictus,
 Vt sic essem benedictus.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

4.

Fers calumnias et minas
 Nec non omne dedecus,
 Et aculeatas spinas,
 Sacris votis percitus,

Caput meum vt vincires
 Laureaque redimires.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.


5.

Tu sensisti, ne sentirem,
 Vulnerum myriadés;
 Insons litis vt abirem,
 Accusaris falso praes:
 Pendes ligno et extendis
 Bracchia, sic poenam pendis.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

6.

Quaeuis mala pertulisti,
 Lapidem, vt volueres:
 Animamque posuisti,
 Debitum vt solueres,

Me-




 Meque vinctum liberares,
 Atque perditum beares.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

7.

Vice mea luis poenam
 Pessimae Superbiae;
 Mortem tollit nex obscœnam,
 Venit salus animae:
 Spreta mala, quae Te mergunt,
 In honorem mihi vergunt.
 Heus, decerno maximas,
 Iesu, Tibi gratias.

8.

Iteratas Tibi graes
 Toto corde refero,
 Iesu, Goël atque Vates!
 Pro moerore vario,
 Pro tremore et angore,
 Cruce, morte et dolore:
 Imo olim maximas
 Dicam Tibi gratias.



VII.

O Haupt voll Blut und ic.

I.

O caput, quam cruore
 Rubescis humido!
 O vertex, quam liuore
 Abundas tumido!

Ave-

Aveto fortunate
 Coelesti iubare!
 Salueto coronate
 Spinosa cidare!

2.

O facies resplendens,
 Quam timer integra
 Haec mundi sphaera pendens,
 Vt iam es lacera?
 Vt palles conspurcata?
 Quis tua lumina,
 Omnino honorata,
 Effecit flumina?

3.

Rubedo labiorum,
 Genarum purpura,
 En! perdidit decorum:
 Peccator murmura!
 Mors pallida vigorem
 Absumfit: Mira res
 Incutiens horrorem!
 Non homo, vermis es!

4.

Mi Deus, quae portasti.
 Sunt mea vitia,
 Meaque tolerasti
 Tanta flagitia.
 Sed aspice malignum
 Et fac primordia:
 Amplectere indignum
 Misericordia.

5.

5.
 Agnosce custos vernam,
 Quem opilio,
 Malorum pellis Lernam;
 Ob id exilio:
 Dat Flamen tuum dona,
 Os praebet mel et lac;
 Largiris summa bona
 Et gaudia posthac.

6.
 Sub cruce tua stabo;
 Ne me despicias!
 Et vnus Te portabo,
 Cum mortem obeas:
 Extremo in agone
 Cum efflas animam,
 In tua vnione
 Te sinu capiam.

7.
 Memoria dolorum
 In Dei Filio,
 Est ansa gaudiorum
 Mihiq̄ commodo.
 Si mundo iam exirem
 Vitamque mea spes!
 Sub cruce sic finirem,
 Quam bella mea res!

8.
 E cordis penetrali
 Decerno ~~maximas~~
 Fidissimo Sodali,
 Quas possum maximas

gratias

Pro



Pro mortis Tuae hora :
 Fac vt Te habeam,
 Extrema vitae mora,
 Exhalans animam.

9.

Linquentem arua mundi
 Ne linguas, Domine!
 Nec finas me confundi
 In tuo nomine.
 Cor meum quando tremat,
 Languentem aspice,
 Et animam, cum gemit,
 In sinum suscipe.

10.

O Iesu mi reuela,
 Quod tua mors et crux
 Sit mihi clientela,
 Solamen, lex et lux.
 Huc fide aspectabo,
 Vt coelis oriar :
 Te nunquam non amabo ;
 Sic felix moriar.



VIII.

Seele geh auf Golgatha.

I.

Mens in monte Golgatha
 Penes crucem Christi fide,
 Atque incitabula
 Poenitentiae hic vide :

Quae

Quae si non consideras
Proh! es tenax adamas.

2.

Jesum specta pendulum
Inter terram atque coelum;
En cruoris fluvium
Et amoris divi Zelum:
Mira est ac dura fors
Jesu mei dira mors.

3.

Agne Dei innocens,
Cuius legem sum transgressus;
Vice meâ patiens
Poenam stygis es perpessus,
Et ne morte peream,
Mortem suffers miseram.

4.

Agne sine maculâ,
Tuae veneror et colo
Gratiae miracula:
Doleo Te absque dolo;
Tua mihi caritas
Ciet mille lacrimas.

5.

Nulla modo calleo
Munera remunerare:
Me devincis (palleo!)
Ut si vellem mundos dare,
Mille non sufficerent,
Qui vel potum penderent.

B

6.



6.

Vnum est, quod conscio;
 Mentem Tibi dedicabo
 Et constanti animo
 Iuxta crucem tuam stabo:
 Meus es ac tuus sum,
 Iesu, in perpetuum.

7.

Fores cordis aperi,
 Atque vulnerum vibices:
 Ire huc constitui,
 Cum aduentant malae vices:
 Mens, vt ceruus laticem
 Laerum quaerit calicem.

8.

Ope tuâ coelica
 Me et mundum abnegabo;
 Te tuaque munera
 Verâ fide acceptabo:
 Fiat tristis nox et crux
 Tandem gaudium et lux.

Mihi

9.

Tandem hora vltima,
 Te iuuante hinc cessabit;
 Mors ad tua vulnera
 Vita mea me priuabit,
 Lectum suum sternens hic
 Bene somnum capit sic.





IX.

Wenn meine Sünde mich ze.

I.

Si culpa mea premit
Lugentem animum;
Mors tua, Christe, demit
Nocentem scrupulum:
Ob noxæ meæ pondera
In crucis dura stirpe
Tulisti onera.

2.

Est certe res miranda,
Si mente voluitur:
Nam Herus per nefanda
Tormenta moritur
Pro verna; atque Iehoua
Pro perduto mortali
Persoluit pretia.

3.

Quid igitur nocebit
Noxarum cumulus?
Omnipotens fouebit:
Et omne facinus
Delerunt Christi vulnera
Ne mihi sit bibendum
De fece stygeâ.

B 2

4

4.

Hinc corde atque ore,
 O Christe, referam
 Pro cruce et dolore
 Nunc Tibi gratiam,
 Pro voce tua querula,
 Pro obitu infanti
 Et pro constantiâ.

5.

Quod passus es horrendum,
 Me reddat comitem,
 Ad ferio delendum
 Peccati fomitem
 Ne excidat memoriâ
 Cruenti tui lytri
 Tristis historia.

6.

Vt, sufferendo crucem
 Et sannas, sequar Te
 Accende mihi lucem:
 O Jova iuua me
 Mundanas res ut abnuens
 Vestigiis insistam,
 Quæ mihi præiens.

7.

Me quoque fac præstare,
 Quæ abs Te didici,
 Ac proximum amare,
 Servire homini,

Non



Non fuco aut ex commodo,
Vt mihi Te monstrasti
Amore solito.

8.

Sint tuae tandem plagae
Mihi solatio
In hora mortis: Age
Me in palatio
Te visu ~~meo~~ intui *laeto*
Meoque Redemptore
Aeternum perfrui.



X.

Herr Jesu Christ du höchstes ic.

1.

OChriste, auctor gratiae,
Fons omnium bonorum!
Vah meae contumaciae!
En plenus sum dolorum,
Et venenata spicula
In mente, & pericula
Subinde me fatigant.

2.

Sed auferas misericors
Et stimulos & tela;
Nam luit poenam tua mors,
Vt desinat querela;

B₃

Ne



Ne in gehenna haeream
 Et in peccatis peream
 Aeternae mortis reus.

3.

In mentem Deus, reuoco
 Si vitae mala facta,
 Cor pungitur aculeo,
 Timore mens est tacta:
 Quid? nescio quo abeam
 Et quod solamen habeam,
 Scripturam ni tenerem.

4.

Affirmant haec eloquia,
 Quod cuncta deleantur,
 Quae flemus tristi lacrymâ,
 Nec morte puniantur;
 Quin, Joua, des clementiam
 Agenti poenitentiam
 Et fide Te sequenti.

5.

Et quoniam peccator sum,
 Vt modo sum confessus,
 Qui intra suum animum
 Tot tela sit perpeffus,
 Vellemque tuo sanguine
 Lavari meo crimine,
 Vt David et Manasse.

e



6.

Exinde, Iouae Genite!
 Accedens Te imploro,
 Et moestus flexo poplite,
 Vt corde, ore oro,
 Remittas vt facinora,
 Quae vitae per itinera
 Malevolus patravi.


7.

Largire, Deus, veniam
 Ob nominis decorem,
 Et tolle tristem neniā
 Iugique fer. rigorem,
 Vt moribus cor studeat,
 Nec porro vitae pudeat
 Dicatum Tibi natum.

8.

Me firma sacro flamine
 Et medica cruore
 Mortisque in certamine
 Me tuo tunc sudore:
 Et sic post mundi nubila
 Ad coeli trahe iubilā
 Me fide morientem.





XI.

Ach Gott und Herr etc.

I.

O Domine!
 Me homine
 Non peior est peccator:
 Quis igitur
 Redigitur
 Ad me auxiliator?

2.

Ob crimina
 Si limina,
 Et limites transirem,
 Vt mihi trux
 Tollatur crux
 Hanc tamen non finirem.

3.

Accedo Te,
 Ne pellas me,
 Vt meruere facta:
 Ne increpes,
 Nec iudices;
 Nam sanxit Christus pacta.

4.

4.

Exitia
Si vitia
Sit iustum comitari;
Hem perge nunc
Et parce tunc:
Fac vitam hic nouari.

5.

Cor patiens
Obediens
Et innocens largire;
Ne finas me
Temnendo Te
Aeternum desperire.

6.

Ad placita
Tu agita;
Sic non succumbo moli:
Vi gratiae
Me facie
Orbare tua noli.

7.

Ut alites
Praecipites
In lignis cauis fidunt
Cum homini
Et pecori
Tot fulgura illidunt.

B 5

8.



8.

Ad abdita
 Et vulnera
 Sic tua, Christe tendo:
 Cum fremit mors,
 Peccati fors,
 In specum hunc descendo.

9.

Illaeus hic
 Subsisto sic,
 Si liquerit mens artus:
 Est mihi tunc
 Post mundum hunc
 In coelo locus partus.

10.

Vt Patri fit
 Et Nato, fit
 Laudatum Sanctum Flamen.
 Non fallit spes;
 Est certa res:
 Beatus fidens, Amen.





III.
SEPULTURA CHRISTI
DECANTATA.

XII.

O Traurigkeit! o Herzeleid! etc.

I.

O funera
Et vulnera
Non satis deploranda!
Sola Dei Suboles
Quod sit tumulanda.

2.

Stupenda fors
Est Dei mors
In ligno clavis fixi,
Nobis coeli gaudia
Ut acquirat nixi.

3.

Homuncio!
Defectio
Est culpa malae rei;
Eras enim vitio
Sons perniciiei.



4.
 En Sponsum hunc
 Agnumque nunc
 Vt sanguine perfusum,
 Atque nobis commodo
 Varie contusum,

5.
 Mellitum os,
 Fidorum dos!
 Te quinam cecidere?
 Convenit terrigenis
 Super Te lugere.

6.
 Amoenitas
 Et lenitas
 Est virginis haec proles,
 Cuius fufum sanguinem
 Homo iuste doles.

7.
 Beatus hic
 Omnino sic,
 Qui pie meditatur,
 Dominorum Dominus
 Quod sepeliatur.

8.
 O requies!
 Te millies
 Tot lacrymis exoro,
 Teque ad exequias
 Prendere laboro.



IV.

RESVRRECTIO ET ASCENSIO CHRISTI
DECANTATA.

XIII.

Iesus meine Zuversicht ic.

I.

Iesus, sola mea spes,
Et Redemptor mundi viuit;
Haec est mihi certa res:
Cessat dolor, qui contriuit
Mentem; sunt memoriae
Laetae mors historiae.

2.

Iesus, vita atque lux
Viuit; ergo reuiuiscam:
Me ad se perducet Dux.
Quare porro contremiscam?
Nonne vertex attrahit
Artua, quae diligit?

3 1 2 4 3
Fide spe et anima

Iuncta ipsi et innexa,
Velut firma lamina:
Manus manui implexa
Et diuina iunxit fors
Ambos nos, ne vellat mors.

4.

Carne natus pulvis sum,
 Et in puluerem redibo ;
 Ast extremo die tum
 Vini puluere exibo,
 Potiarque aedibus,
 Beatisque sedibus.

5.

Cutis mea pristina
 Corpus idem decorabit ;
 Membra ceu crySTALLINA
 Deus ipse illustrabit :
 Iesu vultum ideo
 In aeternum video.

6.

Oculorum acies
 Redemptorem aspectabit ;
 Ipsa mea facies
 Eius luce coruscabit,
 Vt olympi faculae :
 Cedent omnes maculae.

7.

Aegritudo, lacrymae,
 Gemitus et mors cessabunt ;
 Membra iuncta animae
 Instar Phoebi radiabunt :
 Naturalis morior,
 At coelestis orior.

8.

Artus mei plaudite ;
 Iesus portat omnes artus :
 Curas iam secludite ;
 Est in coelo locus partus,
 Cum è tumba tuba vos
 Suscitabit mortuos.

9.

Tumbam aspernamini
 Atque mortem aevi mali ;
 Iam associamini
 Christo animae sodali :
 Desinet debilitas
 Carnis et fragilitas.

10.

Eleuate spiritum
 Ab illecebris terrenis ;
 Mancipate animum
 Christo precibus amoenis :
 Sursum corda euolent,
 Vt in coelo habitent.



XIII.

Auf Christi Himmelfahrt allein, ich meine ic.

I.

Ascensus Christi coelicus
 Fundamen est sequelae ;
 Si in angore animus,
 Nunc causa est medelae :

Nam



Nam coelum caput continet,
 Quod membra nunquam deferet,
 Sed tempestiue trahet.

2.

Cum Christus coelum adiit,
 Et dona capessuit;
 Cor meum, quam expetiit,
 Quietem acquisiuit:
 Nam vbi est cimelium,
 Est ibi mens et gaudium,
 Cordisque appetitus.

3.

O Regum Rex me sustine,
 Ad Te per preces tendo,
 Vt vera fide sequar Te
 In coelum ascendendo:
 Et tandem hora vltima,
 Ad gaudia perpetua
 Me suscipe gementem.



32

Nam
Quo
Sed temp
Cui
Et dona
Co
Quietem
Na
Est
Cordisq

O
Ad Te
V
In coel
E
A
Me fu

put continet,
nunquam deseret.

2.
coelum adiit,
am expetiit,
imelium,
gaudium,

3.
me sustine,
tendo,
tequar Te
do :
ca vltima,
rpetua
tem.



the scale towards document

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

UB Rostock 05/15000

4.5 5.0 5.6 6.3

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

033

Scan Reference Chart TE263 Serial No.

mm inch